



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

231. An si in Pyxide continente plures particulas consecratas misceatur aliqua non consecrata, possit validè Sacerdos illam consecrare, si non dignoscitur? Et quid si misceatur vna gutta vini non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

consecrata; videri possit Sacerdotem non posse consecrare, & sumere; quia non est ieiunus, & proinde communicare non potest. Aliorum tamen sententia poterit, quia si Sacerdos existens in Altari recordetur, se non esse ieiunum; potest pergere, licet id adiuvetur ante consecrationem. Quid si nec Hostia nec Vinum sum puer, debebit aliam materiam accipere, consecrare & consecratam sumere; quia saltem lege Ecclesiastica Sacerdos existens in Altari, non debet communiter discedere, nisi sacrificaverit, & per consequens tenuerit adhibere ea, quae sunt necessaria ad sacrificandum. Vnde in his circumstantiis potest accipere nouam materiam, consecrare, & sumere; potest preces, & ritus ante adhibitos omittere, si sit periculum scandali.

4. Notandum est etiam hic cum Suarez vbi sup. diff. 8, sect. 1, §. Secundò etiam, quod doctrina superioris adducta procedit quando defectus accidit in consecratione vnius tantum speciei, & altera fuit ritè consecrata: nam si defectus in utriusque consecratione accidisset, & panis, aut vinum sumptum iam esset; non deberet in alia materia consecratio suppleri: quia tunc reuera non fuit factum, nec perfectum, nec imperfectum Sacramentum, sed totum fuit factum; & ideo tunc non obligat praeceptum de integrando, seu perficiendo Sacramentum, & alioquin obligat praeceptum non conficiendi, vel sumendi hoc Sacramentum post eum & potum: ergo tunc hoc praeceptum servandum est, & ideo aliter iudicandum est de tempore ante sumptionem, quando nondum fractum est ieiunium: nam tunc, si forraffese ex defectu intentionis, vel formæ neutram speciem consecratur; tenebitur secreta iterare, & consecrare antequam sumat, & quam primum possit, non ex vi praecepti perficiendi Sacramentum substantialiter inchoatum; quia hoc reuera nondum obligat; sed ex vi praecepti non fingendi aliquid falso in hoc ministerio, & consequenter non perseverandi in inchoata fictione, nec sumendi potum, & cibum per modum Sacramenti, quod verum Sacramentum non est, nec dandi aliis occasionem adorandi merum panem, & vinum.

5. Sed si aliquis Curiosus inquirat, An iuxta sententiam horum Auctorum inueniatur ratio Sacrifij, si prius consecratur vinum, deinde panis? Suppono graui committi Sacrelegium, si consecratio hoc modo fiat. Respondetur tamen, ex casu Sacrifij videri perfectum, quia nostrum Sacramentum invenientum solum requirit, ut mystice representetur victimæ sine sanguine; seu ut representetur corpus & sanguinem separari; quod sit in fine totius consecrationis, quacumque partialis consecratio prior ponatur.

6. Petes secundò, Utrum si post consecratum panem Sacerdoti imminaret vita periculum; teneatur vinum consecrare? Respondetur, Casum agreponi posse, quia vini consecratio, citissimè potest perfici, & citissimè species consecrata sumi possunt; si tamen casus ponatur, probabile est non teneti; neque eo casu tam censemitur voluntarie offerre iam imperfectum Sacramentum, quām relinqueret inchoatum imperfectum, quod ob apertum vitæ disserimen videtur licitum; in ea circumsstantia nulla censorum Deo interrogari iniuria à Sacerdote. Nec obstat, quod Sacramentum remaneat imperfectum; quia Sacerdos ad illam imperfectionem solum permisso se habet. Et hac omnia docet idem Prapositus vbi sup. art. 1, dub. 8. num. 57.

RESOL. CCXXXI.

An si in Pixide continentे plures particulas consecratis misceatur aliqua non consecrata, possit validè Sacerdos illam consecrare, si non dignoscitur?

Et quid, si miscetur una gutta vini non consecrati cum vino iam consecrato?

Vel an Sacerdos licet, & valide possit consecrare sub conditione omnes particulas, ut non remaneat missa consecratio illa alia non consecrata?

Idem dicendum est de gutta vini infusa in calice iam consecrato?

Et an Sacerdos possit consecrare dimidiā partem Hostie designans quam partem velle consecrare?

Et an si Sacerdos in Sacrificia dixit velle consecrare Pixidem cum particulis, & postea Sacrifica, ipso non videente, dum legere Euangelium apposuit Pixidem in Altari in cornu Epistola, an inquam, illa particula dicenda sint consecrata, licet Sacerdos de illis in consecratione Hostia non meminerit? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 65. alias 64.

S. r. N egatiuam sententiam mordicus sustinet Eminentissimus Dominus Card. Lugo de Sacr. Euchar. diff. 4. sect. 7. n. 136. vbi sic ait: Infero secundo probabilitate sequi, si multis Hostiis consecratis misceatur vna non consecrata, non posse postea illam consecrari, dum non dignoscitur, quæ sit, quod ex dicti videtur colligi; quia illa Hostia secundum talen statum non potest determinatè ostendi, & designari. Adde, quod sèpe continget illam Hostiam esse infra alias consecratas, & per consequens non habere presentem sufficientem: sicut si regeretur Tabula, vel Lapide superposito; nam licet cum aliis simul posset consecrari, qui omnes illa per modum vnius habent presentiam; tamen ipsa seorsim ab aliis non habet prædictam presentiam expeditam secundum se. Nemo enim in communī sermone loquens de uno numero aureo positivo in profundo loco sub mille aliis argenteis, & omnino latente, dicit: hæc moneta aurea; illa enim voces, quando ad unam solam ex multis applicantur, intelliguntur de illa, quæ est in prospectu, non de illa, quæ omnino latet. Ita ille; qui postea, ut semper solet, acutè, & solidè respondet ad plura argumenta, quæ in contrarium adduci poterant. Hanc etiam sententiam tenet Garcias in Thol. mor. tract. 3. difficult. 9. punt. 2. num. 16. & 17. vbi sic ait: [Infero de lo dicho, que si hecha la confección se mezclase una gota de vino con las species Sacramentales, no podría consagrarse, porque no podrá verificarse el pto nombre, Hoc, pues, no puede señalar en particular la materia; lo mismo es si mezclase una Hostia no consagrada con otras consagradas, y no se conociese. Ni vale decir, que si aquella Hostia estuviera debajo de las demás cuando se consagraran todas, quedara consagrada; luego aora tambien lo ha de estar. que a esto responde concediendo el antecedente, y negando la consecuencia; porque en aquel caso todas quedarian consagradas, pues estauan todas presentes, per modum vnius, pero acá, no pueden señalarse las ocho que se han de consagrar, y no se han de consagrar mas, que alla todo se consagra. Ni tampoco vale decir, que si uno quiere consagrare la mitad de la Hostia, podra señalando qual, y sera valida la confección: como la tienen Suarez, Vasquez, y con otros, ser verdad, que no podra señalar distintamente la linea, que divide lo consagrado de lo que no lo es, luego lo mismo hemos de decir en nuestro caso; que a esto respondo, que para que valga la consagracion]

consagracion de la media Hostia, basta que humano modo se pueda distinguir, aunque no pueda señalarse metafísicamente el último termino, y por lo menos ya se puede señalar la vna parte distinta de la otra quando se ha de consagrar; però en el caso que arriba pusimos de mezclar la Hostia non consagrada, o gota de vino con lo demás consagrada, no se puede señalar ni a vn humano modo, lo que se ha de consagrar, y assi no corre la misma razon.] Ita ille.

2. Sed affirmatio sententiam tenet nominatum contra Lugo, Amicissimus P. Auerla de Sacr. Euchar. q. 2. sedl. 2. vbi ita afferit: Dubitat quoque num hæc determinatio debet fieri modo accommodato ad humana notitiam, ac designationem eiusdem Sacerdotis consecrantis, id est si admisceantur aliquæ Hostia non consecratæ aliis consecratæ, quæ discerni non possint; vel vinum non consecratum vino consecrato, & Sacerdos determinet cœscere illud quod consecratum non est, an talis determinatio valeat, & sufficiat ad conficiendum Sacramentum. Non valere, & non sufficere censet Lugo, eo quid non bene adaptetur Pronomen Hoc, absque determinata notitia, ac designatione certa materia. Videtur tamen valere, & sufficere. Nam certè in sententia afferente, aqua in Calice non convertit immediatè sanguinem, quando adeat aqua mista vino, humana notitia, ac designatione discerni non potest utrumque, & tamen Sacerdos intendens consecrare, verè conficit Sacramentum sanguinis Domini. Ita Pronomen Hoc, satis adaptatur super illam materiam, quæ re ipsa determinata est, licet humano modo non discernatur. Hucusque Auerla.

3. Verum, hoc non obstante, posset quis in favore Card. de Lugo afferere, quid in calu apposito à P. Auerla, Pronomen Hoc, non solum adaptatur super materiam determinatam, sed etiam illa humano modo discernitur: nam maior pars qua est in Calice, est vinum: quid à Sacerdote non solum designatur, sed videtur, quod quidem non accedit in calu particula non consecratæ inter alias non consecratas, admixtae, & id est super illam non potest adaptari Pronomen Hoc, sicut non adaptaretur si Eques inter decem viros plebeios permixtus diceretur. Hic est Eques. At sententiam P. Auerla docet Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 4. cap. 2. n. 12. vbi sic ait: Simile est si contingat, formulas non consecratas Hostias confundi, seu misceri; potest ac debet totus cumulus ad Altare deferri, vt Sacerdos intendat consecrare illas tantum, quæ consecrationem non accepérunt. Etenim neceſſe hanc est, vt Sacerdos omnes partes materiae consecrandæ distinet, ac sigillatim cognoscat, & intendat. Ita ille.

4. Verum, quid Ego sentiam dicam breuiter. Affero itaque cum Lugo non posse absolutè illam solam particulam consecrari; puto tamen posse consecrari sub conditione: nam optimè potest Sacerdos in eo calu intendere consecrare quicquid ibi est panis non consecratus, aut totum quod in Pyxide est sub conditione si non est consecratum; & hoc fatetur, & concedit ipsem Lugo. Difficultas tamen est, an in tali calu Sacerdos debeat ita consecrare. Lugo negat, vbi supra num. 139. sic enim afferit: An vero possit licet consecrare sub conditione omnes vt non maneat mixta illa alia non consecrata, non video necessitatem sufficientem ad reiterandam formam sub conditione super illas omnes Hostias consecratas; omnia enim inconvenientia possent alia via facile vitari, dando, v. g. singulis in Communione duas ex illis particulis; sic enim certum est singulos accipere aliquam Hostiam consecratam. Alioquin licet etiam iterum sub conditione consecrare Cali-

cem, in quem post consecrationem calu insula fuisse gutta vini non consecrati: quod tamen non admittet, quia nulla est necessitas reiterandi formam, cum non sequatur inconveniens ex eo, quod torum sumatur per modum vnius. Ita ille. Sed Ego contraria sententia adhaereo, quam docet Paulus Layman vbi supra, lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 12. cui addit Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. diff. 8. quibz. 79. vbi nouinatum contra Eminenterum Cardinalem de Lugo firmat in tali casu, posse & debet Sacerdotem consecrare sub conditione omnes illas formas, vt non maneat mixta consecratis illa alia non consecrata, quia sufficiens ad reiterandam formam aperte necessitas, cum non possint facilè inconveniens futura vitari. (quicquid Lugo dicat) erit dando singulis in commune duas particulas. Primo: quia licet tunc esset certum, singulos accipere aliquam Hostiam consecratam, etiam esset certum, aliquem eorum adorare, & sumere aliquam Holliam non consecratam, pro consecrata. Secundo, quia si non via solum, sed tres, aut plures Formæ non consecratae, mixtae essent pluribus consecratis; tunc saltem non esset certum singulos accipere aliquam Hostiam consecratam. Ergo sufficiens esset necessitas, ut omnes illæ Formæ sub conditione consecrarentur. Hee omnia Leandrus.

5. Et post haec scripta inuenio hanc sententiam docere etiam nominatum contra Cardinalem Lugum, in suis eruditissimis Disputationibus Scholasticis, & Moralibus de Sacramentis Doctissimum Patrem Ioannem Dicastillum, qui in editione Antwerpiana apud Cœstarem Joachin Trogmann anno 1646. tom. 1. tract. 8. disput. 2. dub. 12. num. 27. sic afferit: Quæres, an, & quomodo possit valide consecrari vna Hostia non consecrata admixta aliis consecratis, ita vt dignoscit non possit? Respondeo (quidquid aliqui dicant) posse consecrari intentione conditionali, quia quis totam materiam, & singulas Hostias velit consecrare, si non sunt confundit; tunc enim Pronominis, Hoc, omnes, & singula Hostias designat, esto inutiliter iam consecrata designari: quod admittit Lugo, disput. 4. num. 33. & satis per se patet. Deinde posset singillatim repetita consecrations super vnamquamque, licet enim nihil faceret sic absolute profertendo verba super singulis, tamen, si facias, certò consecrabitis illam, que non erat consecrata, etiam si consecrabis ignore, quia ista ex illis: quod etiam videbit satis claram. Adin Lugo non videri necessarium ad evitanda inconvenientia illam Hostiam consecrare, quia ea inconvenientia possunt facilè vitari alia via, dando scilicet in Communione duas ex illis particulis, sic enim certum est singulos accipere Hostiam consecratam. Verum neque sic video omnia inconvenientia vitari, tunc aliquis illorum vel communiqueret non ieiunus, vel exponeretur pericolo sic facti, vel saltens (vtcumque melius succedat) simili comedere panem vsualem, & Eucharistiam: quod si non est necessarium ad perfectionem Communionis (ut licet esse necessarium in ablutione post acceptum Hostiam) aliquid appetit inconveniens, & in consecratione conditionali non ita appetit. Accedit, quod communiter solet doceri, non licere dare Holliam non consecratam peccatori (etiam id scienti) quoniam sit ad vitandum grande damnum; & licet non ignorent paucos esse, qui putent licere simili applicata adoranda Hostia consecrata ceteris praesentibus, quod refert Diana 4. part. tract. 4. r. 4. 47. nemus tamen quem videris, docet id absque virginitate necessitate. Ergo non ita vitantur inconvenientia, vt Lugo putat: ideo tunc satius esse puto sub conditione Nouam consecrare.

ANTIC
Opere
Tom. I.
E III

medium, consecrare (in quo non video inconveniens) totam materiam modo predicto. Quid autem faciendum sit de gutta vini infusa Calici iam consecrato, quæ non potest assignari per Pronomen, Hic? Ego dixerim verè posse consacrari etiam per modum vnius dicta forma sub conditione super totam materiam, sicut diximus de Hostiis, vel portius sic sumendum totum; sicut quando misera, vel aliqua alia res (quæ faciliter posset extrahi, & siccari, & comburi, & mitti cineres in Piscinam; iuxta Missalis præscriptum) sumenda est simul cum sanguine: nam in noctis casu non est separabilis illa particula. Hucvsque Dicastillus contra Lugo.

6. Sed in eius fauorem potest adduci Rubrica Missalis, *cit. de Defectibus, &c. n. 8.* vbi sic habetur: Si sumendo Sanguinem particula remanserit in Calice, digitæ ad labium Calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat Vinum & sumat. In quo ultimo modo à Rubrica appositio quis bibit Vinum usuale, & simul Panem Eucharisticum comedit, imo in hoc casu, etiam potest accidere ut sumat Eucharistiam non ieiunium: nam potest prius Vinum non consecratum bibere, quām illam particulam deglutire. Ergo modus ille distribuendi particulas binas à Cardinali Lugo appositus, non videatur contineat absurdum, quæ in ipso notauit Dicastillus. Respondere tamen quis posset, esse dispare rationem inter utrumque casum: nam in casu Missalis, particula illa consecrata necessario debet sumi à Sacerdote, nec aliud modus inuenitur nisi appositus in illa Rubrica: sed in nostro casu, particula illa non consecrata potest sumi alio modo, videlicet illam validè consecrandi, ut concedit ipsenem Lugo: Ergo debet consecrari, & non ministrari, ut ipse vult, cum illis inconvenientibus notatis à Leandro, & Dicastillo, quæ tamen ratione necessitate non possunt evitari in casu apposito in Missali, & ideo ex necessitate permittuntur. Secundū dicendum videtur, quod casus appositus ab Eminentiss. Lugo, posset sicutem practicari, si illæ particula consecrata, in qua mixta fuit particula non consecrata, conseruantur in Tabernaculo & sumerentur à singulis Sacerdotibus in Missa post sumptum Sanguinem, non binæ, ut ipse vult, sed una post unam, tunc quidem non sequentur absurdum, quæ notauit Dicastillus, & Leandrus, ut de se patet. Ergo, &c. Sed nec talis modus videtur admittendus: nam Sacerdos in Missa non potest sumere particulas preconsecratas post sumptum Hostiam, & Calicem, nisi ex aliqua necessitate, ut patet ex confutacione Ecclesiæ. At in nostro casu Sacerdos celebrans non habet necessitatem sumendi illas particulas, eo modo, ut præscribit Cardinalis Lugo: nam potest illas consecrare sub conditione, ut ipsemne concedit, & relinquere, ut alij modo consueto illas sumant. Ergo, &c. Cùm itaque modus appositus ab Eminentiss. D' meo Cardinali de Lugo, in ordine ad distribuendas illas particulas non consecratas, non carcat maximis difficultibus, ut visum est, & satis probatum; existimo in casu contingentia, Sacerdotem posse dicas particulas sub conditione consecrare, eo pacto quo supra ex Leandro, & Dicastillo notauius. Si quis autem sequi vellet opinionem Eminentiss. Cardinalis, habebit etiam Auctorem ex nostra Religione, nempe D. Sylvestrum de Afflito nunc Episcopum Noscere, qui hic Roma in sua Lectura sententia Cardinalis adhaesit, qui quidem Eminentissimus quæcumque sit auctoritas, nemo negat, si literas scit. Et hæc satis dicta sunt in difficulti, & curiosa Questione, non satis apud plures Auctores obvia.

7. Sed in gratiam curiosorum, ponam hic etiam aliud dubium difficile, & practicabile, videlicet,

Quid dicendum sit, si Sacerdos in Sacristia dixit vel le consecrare Pyxidem cum particulis, & postea Sacrista ipso nonidente, dum legeret Euangelium, apposuit Pyxidem in Altari in cornu Epistola; an inquam illæ particule dicende sint consecratae, licet Sacerdos de illis in consecratione Hostiæ non meminerit? Hic casus sibi alibi à me perratatus, nunc addam Auctores præter ibi citatos. Dico igitur, quod negotiatiū sententiam tener Magister Candidus in *Dīquisit. Moral. tom. 3. disquis. 2. art. 2. dub. 72. n. 87.* Ioannes Viggerts de *Sacram. in 3. p. 9. 74. art. 2. n. 3. & 8.* Castrus Palauus *tom. 4. tract. 21. dis. onica, punct. 6. n. 3.* vbi docet, quod formulæ, si incio Sacerdote in Altari essent deposita, ipseque Sacerdos illarum ignorans esset, nullatenus consecrarentur, quia nullam intentionem, etiam virtualem habuit illas consecrandi. Secus verò esset, si ipsi Sacerdos, vel alius ex eius beneficio eas formulas consecrandas ante Offeritorium deferret: nam eo ipso voluntatem habet eas consecrandi, ex qua voluntate consecrarentur, tametsi tempore consecrationis illarum obliuiscatur. Quod intelligendum est, dummodo sint super Altare sacrificij, hoc est super Aram; nam si iuxta existant, & illarum oblitus fuerit, nequaquam sunt consecratae, quia non est præsumendum Sacerdotem indebet, & illicite consecratione facere voluisse. Et ita etiam me citato tener *Auersa de Sacrament. Eucharist. q. 2. fecl. 2.*

*Alibi supra
in Ref. 217.
& 218.*

*Sup. hoc
quod hic
docetur ma-
gis latè su-
prà in Ref.
216.*

8. Confirmatur supradicta opinio ex alia similis, quam adducit Garcias in *Theol. mor. tract. 3. difficult. 9. dub. 3. punct. 2. num. 18.* vbi sic ait: [Difficultat tiene este calo: Saco vn vafo deformas para confagras, ò quando salgo à dezir Missa llevo en la patena diez, ò doze formas para dar la comunión antes de ofreceras, con las acciones de la Missa y viento, se cae yna dellas sin verlo yo, y se pone debaxo el corporal, ò palia; ofrezco, y confago las que tengo sobre la patena ò vafo: Pregunto, la que se cayó quedará confagrada? Parece que si, porque para confagrarla la saqué yo, y tuve entonces intencion actual de confagrarla, luego aora tendré yo virtual, luego eso bastará: Con todo eso lo contrario tengo por mas cierto; porque aunque es verdad que al principio se incluyó en la intencion actual, para despues quando ofrecio, y confagre la exclui, pues mi intento no fue confagrar mas de lo que tenía delante, y, la que estaua debaxo del corporal no lo estaua.] Ita ille.

9. Sed hoc non obstante affirmatiæ sententiae adhæret Leandrus de *Sacrament. tom. 2. tractat. 7. disputat. 8. quest. 8. 3.* & Ioannes Præpositus in *3. part. D. Thoma, quest. 74. art. 2. dub. 3. num. 19.* sic affers: Difficultas est de sequenti casu: Contingit aliquando Sacerdoti existenti in Altari afferri a ministro formulas consecrandas, & poni quidem super Altare, sed extra corporale, ibique relinquiri à Sacerdote id adiungente: Difficultas, inquam, est, num eo casu sint consecratae? non videantur consecratae, quia Sacerdos non videtur habere intentionem consecrandi eas extra corporale positas, cum id absque peccato facere non possit, non est autem præsumendum velle peccare. Respondet, moraliter loquendo, censendas consecratas; Sacerdos enim, qui inter celebrandum adiungit reponi formulam unam, vel plures, ut eas simul cum principali consecret, habet voluntatem consecrandi, decernens tamen prius eas decenter colloquere super corporale, ita ut respectu illarum formulatum non tantum habeat actum, qui explicatur per, voluntate consecrare, & sit solum voluntas volendi, sed habet sum, qui explicatur per

volo,

volo, & est præsens voluntas consecrationis futuræ, ex qua voluntate etiam in futurum procedit in sacro, nec eliditur ea voluntas ex eo quod ex naturali inaduerentia non reposuerit super corporale huiusmodi formulas ante consecrationem ; unde communiter excusat à peccato, eo quod inculpatè omittat formulas ante consecrationem super corporale repone, & verè consecrat, quia non obstante naturali inaduerentia eius quod facere debuerat, manet virtuallis intentio has formulas consecrandi. Hucvsque Præpositus ; & ego probabilem vtramque sententiam esse puto; licet priori adhæream.

RESOL. CCXXXII.

An Sacerdos post consecrationem particularum possit illas ponere in Tabernaculo, vel extra Aram, aut dare alteri Sacerdoti Pyxidem, ut illas in alio Altari populo distribuat?

*Et an possit admitti, quod ante sumptionem Calicis de-
tinet alia communio? Ex part. 5 tract. 13. & Misc. 1.
Resol. 72.*

Sap. hoc in §. 1. **C**asus est curiosus, & potest in praxi accidere, & ad illum ita responderet Ioan. de Lugo supr. in Ref. de sacra. Eu. & h. disp. 30. f. 2. n. 69. vbi sic ait : 179. §. Nec Questionem est, an super ara consecrata debeat ponere etiam particularē consecrata, an sufficiat, quod ibi sint mediū, verl. & ideo pyxis.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita. sed legi inf. doctrinā Ref. 141. & aliarum eius not.

Sap. hoc in Ref. 1. not. præterita. sed legi inf. doctrinā Ref. 141. & aliarum eius not.

Casus est practicabilis, & idem sapienter in prædicto. Etans sep̄ insitivo P. Dicat illo tom. 1. de fac. 31. s. d. 4. dub. 8. n. 148. vbi sic ait : Dubitat aliquis, an super Ara particulae consecratae debeat esse in tempore Novi Sacrificij, vel sufficiat ibi esse tempore consecrationis, si minime ponere in alia parte Altaris superlatif Corporale? responderet Lugo diff. 20. n. 69. debet esse super aram, siue illam Hostiam quam Sacerdos sumit. Nam licet Sacerdos intendat hanc Hostiam minorem sibi sumere, & maiores alii dare, hoc parum relevat (quod Lugo) cum ex institutione huius Sacrificij nulla sit differentia; quare posset ex ipsa Hostia maiori dare partem aliquam ei, qui vult communicare, & rursum ex minoribus sibi sumere, quia tota est unica victimæ, & per modum unius offertur abficio villo discrimine. Vnde in Rubricis Missalis præcipitur, ut particulae illæ ponantur super Corporale, vel ante Calicem, aut in aliquo Calice, vel vase mundo consecrato retro post Calicem. Quod autem non sufficit solùm quando consecrantur esse supra aram, constat clare, quia aram non tam requiritur ad sustentandam Hostiam tempore consecrationis, quam tempore precedenti & sequenti; quando enim consecratur, non est Hostia super aram, sed in manibus Sacerdotis: ergo magis requiritur aram ad tempus præcedens, & subsequens. Vnde obiter infero, minus ritè facere aliquos, quos vidi statim post consecrationem dare vas cum particulis consecratis alteri Sacerdoti, ut eas in alio Altari populo distribuant. Hoc, inquam non ritè fit; nam sicut ex Hostia sua Sacerdos non deberet dare partem usque ad finem sacrificij, sic nec de illis particulis, que sunt etiam victimæ illius sacrificij, non minus offeruntur quam Hostia maior, & ideo omnes orationes, oblationes, & benedictiones sequentes æquè spectant ad illas, nec ante sumptionem à Sacerdote est victimæ perfectæ, & integrè sacrificata, minus etiam congruit, ut aliis participet prius de sacrificio, quam ipse Sacerdos, qui est principaliter offerens, & sacrificans respectu aliorum, vnde in omnibus Liturgiis, & ritualibus, ac Regulis antiquis semper primo loco ponitur communio Sacerdotis celebrantis, & postea communio Clerici & populi, nec videtur ille ordo facile peruertere. Facilius posset admitti, quod ante sumptionem Calicis daretur alia communio, quia Christus non solùm ante sumptionem, sed etiam ante consecratio-

nem Calicis videtur dedisse Apostolis Corpus, ut contextu Euangeli colligi potest. Et hæc omnia doceat Lugo vbi sup. licet aliqui viri docti ex eadem Societate mecum de hac opinione differendo à Lugo dissentiant.

RESOL. CCXXXIII.

An toto tempore Missa debeant particulae consecratae manere super Altare, ad Aram?

Et cursim docetur, an sufficiat, ut predele particulae sint super Aram, quando consecrantur, vel debeat esse in manibus Sacerdotis consecranti?

Et breuissime assertur posse Sacerdotem ex ipsa Hostia maiori dare partem aliquam volenti communicare, & ex minoribus sibi sumere. Ex part. 10. tract. 1. & Misc. 5. Ref. 41.

§. 1. **C**asus est practicabilis, & idem sapienter in prædicto. Etans sep̄ insitivo P. Dicat illo tom. 1. de fac. 31. s. d. 4. dub. 8. n. 148. vbi sic ait : Dubitat aliquis, an super Ara particulae consecratae debeat esse in tempore Novi Sacrificij, vel sufficiat ibi esse tempore consecrationis, si minime ponere in alia parte Altaris superlatif Corporale? responderet Lugo diff. 20. n. 69. debet esse super aram, siue illam Hostiam quam Sacerdos sumit. Nam licet Sacerdos intendat hanc Hostiam minorem sibi sumere, & maiores alii dare, hoc parum relevat (quod Lugo) cum ex institutione huius Sacrificij nulla sit differentia; quare posset ex ipsa Hostia maiori dare partem aliquam volenti communicare, & ex minoribus sibi sumere, quia tota est unica victimæ, & per modum unius offertur sine discrimine. Vnde in Rubricis Missalis præcipitur ut particulae illæ ponantur super Corporale, vel ante Calicem, aut in aliquo Calice, vel mundo consecrato retro post Calicem; nec sufficit esse super aram, quando consecrantur quia non tam requiritur ad sustentandam Hostiam tempore consecrationis, quam tempore precedenti, & subsequente: quando enim consecratur, ell in manibus Sacerdotis, & non super aram. Hæc omnipotencia, & decenitissima sunt, sed non cogit Legiones rationes. Nam ad sacrificandum requiri at, non posita præcisæ ex vi sacrificij, ita ut quando sacrificij fiat super aram, & non extra illam, tempore vero censetur fieri, etiamsi Hostia sit in manibus Sacerdotis, dummodo Sacerdos manus habet cleavas, licet aliquantulum, respondentes tamen patib. in quo est aram. Vnde, si tunc ponatur se ad alterum cornu Altaris, quando non est fixum, & rotum consecratum, non dicetur celebrare supra aram, sed extra; intra aram vero celebrare dicitur, non quia ipsi aræ, aut corporali, aut mappis tegentibus aram, sed quia manus Sacerdotis tenent Hostiam elevatum supra aram. Cumque Hostia parvæ, si multæ sint, nec moraliter esse possint in manibus Sacerdotis, necesse est, ut tempore consecrationis sint in corporali tegente aram, ita ut subras ipsa de aliòquin consecratio, illarumque transubstantiatione extra aram fieret. Frustra ergo contendit Lugo, ut non requiri, ut Hostia sit super illam tempore consecrationis, & cum Hostia maior modo explicito, & parva particulae supra aram esse debeat: quod vero postea perseverent super aram, nullo iure prohibetur, quia possint statim in ipsa pyxide, & in ipso quoque hierophylacio condi, cuius oppositum nullum iure efficaciter probatur. Quod enim Lugo ait illas quoque particulas ibi esse per modum unius victimæ, verissimum est; hoc tamen non cogit ut dicamus non posse illam Hostiam post consecrationem extra